

Arbeitsblatt 1 Martial:

1,10	
Petit Gemellus nuptias Maronillae Et cupit et instat et precatur et donat. Adeone pulchra est? immo foedius nil est. Quid ergo in illa petitur et placet? Tussit.	nuptias petere: Heiraten wollen adeo: so sehr tussere: husten
1,47	
Nuper erat medicus, nunc est vispillo Diaulus: Quod vispillo facit, fecerat et medicus.	vispillo: Leichenbestatter
1,79	
Semper agis causas et res agis, Attale, semper: Est, non est, quod agas, Attale, semper agis. Si res et causae desunt, agis, Attale, mulas. Attale, ne, quod agas, desit, agas animam.	causas agere: Prozesse führen
2,38	
Quid mihi reddat ager quaeris, Line, Nomentanus? Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.	reddere: nützen, Gewinn bringen; ager ... Nomentanus: ein Landgut in Nomentanum
5,58	
Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper. Dic mihi, cras istud, Postume, quando venit? Quam longe cras istud, ubi est? aut unde petendum? Numquid apud Parthos Armeniosque latet? Iam cras istud habet Priami vel Nestoris annos. Cras istud quanti, dic mihi, possit emi? Cras vives? hodie iam vivere, Postume, serum est: Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.	victurum: PFA von vivere numquid: etwa? latere: sich verbergen Parter und Armenier: weit entfernte Völker quanti: Genitivus pretii; emi: Inf. Pass von emere, kaufem sapere: klug sein
5,73	
Non donem tibi cur meos libellos Oranti totiens et exigenti, Miraris, Theodore? Magna causa est: Dones tu mihi ne tuos libellos.	donem: 1. Sg. Präs.Konj. Akt. von donare exigere: einfordern, eintreiben
7,3	
Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos? Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.	
9,10	
Nubere vis Prisco: non miror, Paula: sapisti. Ducere te non vult Priscus: et ille sapit.	nubere: heiraten (mit Dativ), sapere: klug sein; ducere = nubere
9,15	
Inscripsit tumulis septem scelerata virorum 'Se fecisse' Chloe. Quid pote simplicius?	tumulus: Grabhügel, -stein; scelerata: zu Chloe; pote = potest esse; simplex: einfältig, ehrlich
10,8	
Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam Nolo: anus est. Vellem, si magis esset anus.	anus: Alte Frau

12,25	
Cum rogo te nummos sine pignore, 'non habeo' inquis; Idem, si pro me spondet agellus, habes: Quod mihi non credis veteri, Telesine, sodali, Credis coliculis arboribusque meis. Ecce, reum Carus te detulit: adsit agellus. Exilii comitem quaeris: agellus eat.	Nummos sine pignore: Geld ohne Sicherheit; spondere: bürgen; agellus Diminutiv von ager sodalis: Gefährte coliculum: Kohlkopf reum deferre: als Angeklagten aufrufen eat: 3. Sg. Konj. Akt. Präs. von ire
12,92	
Saepe rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus, Si fiam locuples simque repente potens. Quemquam posse putas mores narrare futuros? Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?	qualis: wie (beschaffen) locuples: reich; repente: unerwartet quemquam: Akk. von quiquam, irgendeiner
6,60	
Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos, Meque sinus omnes, me manus omnis habet. Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit. Hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.	sinus: hier Schoß, Gewandbausch rubere: erröten; pallere: erbleichen; oscitare: den Mund aufsperrern